



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 59. Ejusdem Cardinalis atque Archiepiscopi palinodia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

„nentiae vestrae proposito; jam ab ali- Sæc. XVIII.  
 „quo tempore apprehendi, eam sibi A. C. 1728.  
 „soli relictam saniora fovere consilia:  
 „nuperam Eminentiae vestrae declara-  
 „tionem die decima nona Maij factam  
 „protinus Romam ad placandum Pa-  
 „pam & Cardinales transmisi; sit ergo  
 „persuasa, neminem me magis esse sol-  
 „licitum ad procuranda ea omnia, quæ  
 „ad veram ipsius gloriam conferre pot-  
 „erunt &c. Has literas Fleuryus Con-  
 „fluentium, ubi tum Noaillius agebat,  
 „ad Chauvelinum Regii Sigilli Custo-  
 „dem transmisit, ad quas etiam hic  
 „perhumanum dedit responsum.

## §. LIX.

*Ejusdem Cardinalis Palinodia.*

Interim Fleurius Cardinalis Noaillium  
 ad officium reducendi spe animatus  
 illum frequentissime invisit, cunctas-  
 que, quas Hic cum magno verborum  
 apparatu, & haud levi verosimilitudine  
 opposuerat, tam dilucide ac solide con-  
 futavit, ut vix non victas manus da-  
 ret Noaillius: Nec Divinum lumen  
 exoranti defuit miserator Dominus;  
 serena enim mente perpendebat, quod  
 octogenarius, viribus & morbis ex-  
 haustus nil vicinius haberet, quam  
 proximam mortis horam, æternitatem,

Yy 3 &

Sæc. XVIII. & impendens æterni Judicis Tribunal.  
 A. C. 1728. Crebrius etiam secum expendebat,  
 quod tres omnino summi Pontifices sibi  
 continuata serie succedentes - unanimi  
 iudicio Bullam *Unigenitus* ceu certam  
 & æquam fidei Regulam proposuerint,  
 ejus executionem in tot Cleri Galli-  
 cani Conventibus doctissimi Præsules  
 demandarint, tres Synodi Provin-  
 ciales, Lateranensis, Avenionensis &  
 Embrodunensis hanc Constitutionem  
 summis celebrarint elogiis, ferme om-  
 nes Franciæ Præsules eam accepta-  
 rint, atque ex exteris Episcopis nullus  
 in Universo Orbe Catholico adversus  
 tam solemnem, sanctamque decisionem  
 reclamavit, sed potius omnes injectas  
 appellationes velut nullas, schismaticas,  
 totiesque damnatas detestati fue-  
 rint, econtrario autem nonnisi pauci  
 Præsules non tam veritatis tuendæ  
 studio, quam falsa aliorum persuasione,  
 & pertinaci semel adoptatas opiniones  
 propugnandi, contradicendique pruritu  
 animati sese huic Constitutioni oppo-  
 nant, & in suæ pervicaciæ subsidium  
 nonnisi rationes, fallacem veritatis spe-  
 ciem præferentes, indignas artes,  
 importunasque sollicitationes adhibere  
 cogantur. Hæc Noaillius secum, pu-  
 gnante adhuc phantasmatum vicissitu-  
 dine, & diu noctuque pungentibus con-

conscientiæ stimulis, agitabat; Ma- Sæc. XVIII.  
 gnam insuper vim in Noaillii animo A.C. 1728.  
 habuit exemplum Macloviensis Epi-  
 scopi, qui Bullam, revocata sua ap-  
 pellatione, pure ac simpliciter recepit,  
 suamque palinodiam die vigesima pri-  
 ma Decembris Anno 1727. summo  
 Pontifici datis ad eum literis filiali  
 submissione plenis nuntiavit, vicissim  
 a Papa perhonorifica gratulatione ho-  
 noratus, *Quem, inquiebat Pontifex,*  
*errantem doluimus, dolenti & reduci læ-*  
*tantes occurrimus . . . . ea omnia tene-*  
*brarum opera revocare professus es, &*  
*Constitutionem UNIGENITUS absque re-*  
*strictione & conditione recipere . . . .*  
*nihil vehementius optamus, quam ut expur-*  
*gato veteri fermento in novitate ambulan-*  
*tes, unde abrepti sunt, redeant.* His Papæ  
 literis Noaillius cordi suo aculeum tam  
 alte infigi sentiebat, ut quem suo exem-  
 plo seduxerat, illius exemplum sequi  
 statueret: mox ergo doctrinale docu-  
 mentum, quod Galli *mandamentum* vo-  
 cant, conficit, illudque suo chirogra-  
 pho firmat, palamque in eo testatur,  
 se poenitentia ductum, seposita omni  
 pertinacia Constitutionem *pure ac sim-*  
*pliciter* amplecti, & omnia ore vel ca-  
 lamo hucusque contra illam acta de-  
 testari.